

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. 41. De 5. consolatione & visione sanctissimi Sacramenti in qua vidit  
Angelos adornantes altare quoddam ad nuptias celebrandas, vnde  
cognouit quod in breui erat ipsa transitura de hoc mundo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

*Quadragesimum primum capitulum.*

*De quinta consolatione & visione  
sanctissimi Sacramenti, in qua vi-  
dit Angelos ad ornantes altare  
quoddam ad nuptias celebrandas,  
vnde cognouit quod in breui erat  
ipsa transitura de hoc mundo.*

**I**N quadam infirmitate dum desiderarem communicare multum in festo Angelorū, nec esset qui mihi apportaret sacratissimum corpus Christi, cœpi multum dolere, & ecce in ipso dolore & desiderio communicandi, cœpi cogitare de ipso fe sto Angelorum laudem ipsorum, qualiter Deum laudant assidue, & cœpi considerare in exercitio, quod habent Angeli laudando Deum & sibi ministrando & assistendo. Et ecce subito fui eleuata, & statim affuit multitudo Angelorum maxima, & deduxerunt me ad vnum altare, & dixerunt mihi. *Hoc est altare Angelorum,*

& super altare ostenderunt ipsi  
animæ laudē Angelorū, illū scili-  
cet qui est omnis laus, & dixerūt  
Angeli animæ: in isto qui est su-  
per altare, est perfectio, & com-  
plementum sacrificij, quod tu  
quærvis. Et ideo præpara te ad re-  
cipiendum illum, qui te despon-  
sauit annulo sui amoris, & con-  
iugium iam factum est, & ideo  
de nouo, modo vult facere con-  
iugimentum & copulam. Non  
possim autem exprimere quan-  
tam lætitiam suscepī, quia totum  
hoc sentiebat anima in verita-  
te, quia hoc totum erat defectio,  
multo plenius quām possit ex-  
primi verbo. Per hoc autem si-  
gnificatum est mihi, quod citò  
migratura eram de hoc seculo:  
nam hoc fuit circa principium  
meæ infirmitatis vltimæ.

H v